



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

53 Doctos honorare, eorum consortium amare, eorundemq[ue] consilio
vti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

didit, vt & in Senatu, obiecta leuiter toga, libros legeret.

9. *Tiberius Caesar* affectabat rara & obscura, & quæ pauci scirent scire gloriabatur: iraque assidue in cohorte eius Græculi, quos & præmijs honorabat, & quaestionibus exercebat.

10. *Carolus V.* magnitudo statim rerum & Imperij tenerum adhuc à studijs abduxit, etiam amorem illorum & reuerentiam non excussit. Cùm Oratorem aliquem Genuæ audisset Latinè dicentem, nec plenè satis cepisset, tristi & ingenuo ore, *Paulus Iouius* scribit, (is arbiter coram & testis erat) eum confessum, dare se nunc puerilis iniuriæ poenas, & prælagum *Hadrianum* præceptorum fuisse, qui hanc poenitentiam ei prædixisset. Vide signum 59.

SIGNVM LIII.

DOCTOS HONORARE, EORVM
confortium amare, eorundemq; consilio in populo regendo vti.

Doctos honorare.

¶ *Eges* ciuiles viros doctos & litterarum studiosos privilegijs & immunitatibus singularibus ornant: iubet, vt Grammatici, Rhetores, Medici, qui in patria sua, vel Romæ has artes exercent, & intra numerum sunt Professorum, à tutela excusentur. *lib. 27. Digest. tit. 1. de excusat.* Additur alibi ratio, quòd hi salutis hominum, illi verò studiorum curam agunt. (*Digest. lib. 50. tit. 23. de extraord. cog.*) Volunt vt Medici, Grammatici, Professores litterarum, & Doctores Legum, vnà cum vxoribus, & filijs, rebusque omnibus;

bus, à cunctis muneribus, vel publicis, vel ciuilibus, immunes sint, vt nec hospites recipere, nec ad iudicium deduci, &c. nec iniuriam patiantur. (Imp. Constantinus lib. 10. Codicis, tit. 5. de Profef. & Medicis.)

Vide de liberalitat. de artibus, & de cibus. 2. Ant. Maiorag. Orat. de Gramm. artis profectia ait: Iulius Caesar, cum iam in Rep. Princeps vnicus atque Dictator esset, Grammaticos, & Profef. & Medicos, omnes, qui hanc artem docerent, à publicis muneribus immunes ac liberos esse voluerunt. Sed longè maiorem Grammaticorum honorem & vtilitatem Antoninus ille Pius Principum omnium dignissimus, exhibuit; quatenus, vbi cumque docerent, ab omnibus taxis, atque exactionibus prorsus immunes esse constitutione sua pulcherrima atque sanctissima hiliuit. Age verò, quantus demum honor illi estimandus est, quo nostram ordinem dum Imp. Constantinus affecit? qui non solum nostras atque fortunas immunes ac liberas, sed etiam nos à priuatis, quasi castos Musarum licet doctores, maxime ijs, qui nos læderent, præcipue poena, prorsus inuiolatos esse voluit: nullum enim eius arbitrio iudicis puniri, à quibus nostri ordinis homines aliquo modo vexati sentent.

Baron. Anno Christi 330.

Vide de Scholis.

3. Constitutio Constantini ad Volustianum etiam, (l. 1. de Med. & Prof. Cod. Theod.) est de Medicis, Grammaticis, & Profefores aliorum artium, immunes esse cum rebus, quas in officio suis possident, præcipimus, & honores

fungit in ius vocari eos, vel pati iniuriam, pro-
hibemus: ita vt si quis eos vexauerit, centum
millia nummorum ærario inferat, & cætera. *Prælegia,*
Aliis eadem rescriptit ad Populum. l. 3. C. *quibus Pro-*
feß. artium
munuit
Constanti-
num.
Theod.

4. *Leges* flagitant, vt Professorum & Medico-
rum domus, vbicunque positæ fuerint, mili-
tem seu Iudicem hospitandum suscipere non
cogantur. Et hæc etiam in coniugibus & filiis
volunt. (*libro decimo Cod. titulo vigesimo tertio de*
Prof. & Med.)

5. *Studiofis*, & maximè sacrarum legum Pro-
fessoribus hunc haberi honorem *Fridericus*
Imp. in Constit. noua postulat, vt ijs in lo-
cis, in quibus litterarum exercentur studia, se-
curè habitent, quòd dignum sit, vt cùm om-
nes bona facientes laudem & protectionem
mereantur, digni iudicentur illi speciali dile-
ctione, & ab omni iniuria defendantur, quorum
scientia totus mundus illuminatur, & vita subie-
ctorum informatur ad obediendum & Deo &
Magistratui.

6. *Athenienses* de *Zenone Cittix* totale fecerunt *Premia.*
decretum: Quoniam *Zeno* &c. complures an-
nos in ciuitate philosophicè versatus est, at-
que in omnibus vir bonus esse perstitit, ac iu-
venes, quia illum disciplinæ causâ conuene-
runt, ad virtutem & frugalitatem exhortan-
do, ad ea, quæ sunt optima, conuertit, vitam
suam verbis ac doctrinæ suæ consentaneum ex-
emplar omnibus proponens, bona fortuna
vilius est plebi laudare *Zenonem Mnasæi fi-*
lium, *Cittixum*, & aurea corona ritè ac le-
gitimè

gitimè ornare, propter singularem eius virtutem
& temperantiam. Præterea construxere illi pu-
licè sepulturam. Coronæ faciendæ ex ædifican-
diq̄ue tumuli plebs quinque viros ex Athenien-
sibus elegit, qui curam haberent. Decretum huius
hoc scriba plebis inscripsit columnis duabus, ut
omnes intelligerent Atheniensium plebem vi-
ros bonos & viuos & defunctos honorare.

7. Platoni Philosopho in Siciliam venienti Dionysius Tyrannus vittatam nauem misit obviam, egredientem in littore quadrigis albis exceptam, qui eum in currum imposuit, & ipse accipere egit, eidemq̄ue pergrandem dono obtulit penam. *Plut. in vita Dionysij, Plin. lib. 7. c. 30. lib. 3. Enn. 4.*

8. Pittaco vni ex 7. Sapientibus Græciæ Mylenæi multa millia iugerum agri obtulerunt, quibus centum duntaxat accepit, dicens: *Noli mihi dare quod multi inuideant, plures etiam cupiscant: parua munera diutina, locupletiam propria esse consueuerunt.* *AEmil. Prob. in The- sib.*

9. Alexander Macedo duxit secum non viros aut paucos quosdam, sed quasi cohortes ducit hominum, quos semper pro dignitate & summa liberalitate ornauit. Cum dispensatori, seu quaestori mandasset, ut Anaxarcho Philosopho daret quantum poposcisset, (petisset autem centum talenta,) veritus dispensator ratam summam dare, nisi id ante Regi significasset, respondit Alexander: *Anaxarchum rectè facere: nosse eum se dicitur esse amicum qui hanc summam & longe etiam maiorem dare & posset, & vellet.* *Plut.*

10. Sigismundus Imp. aliquando reprehensus quod

quod homines doctos, sed humiles ortu foueret: *Vide fig-
Ego, inquit, illos obseruo, quos natura alijs excel- num 52.
lere voluit.*

11. *Philippus Macedo* Platonem & Theophras-
tum donis affecit, & sibi gratulatus est de filio,
Aristotelis tempore nato. *Aelian. lib. 4.*

12. *Carolus Magnus* artium liberalium Doctores
præ cæteris veneratus est. *Auentin. lib. 4. An-
nal. Boiorum.*

13. *Aegyptij* summopere coluerunt Mathemati-
cos, maxime propter contentiones certas inter
vicinos de agrorum finibus propter Nili inunda-
tionem. (*Diod. lib. 1. c. 6.*)

14. *Constantinus Leonis Philosophi filius, Henricus
Imp. & Carolus Magnus,* & ipsi Mathematici in-
signes fuerunt, & Mathematicos plurimum amã-
runt; plurima his ipsis concesserunt priuilegia.
Auent. lib. 4. & 5. Annal. & Cedrenus.

15. *Iulius Caesar* ipse se declamando exercuit, & *2. Oratorij.*
præmia declamatoribus constituit. *Plur. Suet. in
Caesare.*

16. *Vespasianus* primus è fisco Latinis & Græcis
Oratoribus stipendia constituit. *Suet.*

17. *M. Antoninus Pius* Rhetoribus prouincias *Vide signũ*
decreuit. (*Iul. Capitol.*) Hos circum se habuit *2. par. post.*
semper, & prope Solium collocauit. (*Andron.
Comenus, vt Nicet. lib. 2.*)

18. *Artaxerxes Rex Persarum Hippocratem Me- 3. Medico-*
dicum voluit vocari, ita vt quantum peteret auri *rum.*
illi numeraretur. *Plin. lib. 7. c. 37.*

19. *Erasistratus,* Aristotelis ex filia nepos, à *Pro-*
lemæ aureis nummis quindecies millies est do-
natus, propter vnicam curationem. *Lud. Viues de
Laudib. Philosoph.*

20. *Cauterius Medicus à Ludouico XI. Gallia
ge singulis mensibus accepit decem millia
orum. Comminaus.*

4. *Iurecfs.* 21. *Iuraconsulti in autoritate magna
runt, apud Alexandrum Seuerum Imp. adhibiti
ad omnia negotia. Pontan. lib. 1. de Magna
tate.*

22. *Carolus IV. Imp. Bartholum de Saxo
vnà cum familia & successoribus immuni-
bus singularibus donauit. Auentinus libro
Annal.*

Quibus honoribus & præmijs Reges, Im-
ratores, & Principes affecerint Theologos,
cebitur in loco *de pietate erga Sacros*
Neque immeritò docti à Magistratu hono-
tur, & quidem maximè *Theologi*, cum Re-
fundamentum ac propugnaculum sit Rep.
to 4. *de Rep.*) & *Iureconsultorum* ædes fira-
cula ciuitatum, ac sine his habitari fira-
ciuitas non possit. (*Arist. 3. Pol. cap. 8. Cap.*
Orat.) Honorare *Medicos* sacræ literæ
propter necessitatem iubent. (*Syr. 38.*) Ne-
te malorum finis in Rep. erit, quam Phi-
phi summam rerum in ea obtinuerint: (*Arist.*
to 6. *de Rep.*) & *Philosophia* hoc efficit,
qui verè illi dant operam, sua sponte illi
gant, quod cæteri legum metu faciunt. (*Arist.*
de amore Virtutum.) Adhæc elegans & ca-
ta oratio salutis quædam arx est inexpe-
lis, & coniuncta cum sapientia idem præ-
quod exercitus contra hostes: (*Arist. in Alex.*) & æquè turpe est lingua vti non
& habere manus, defendere verò se non

Æloq. viil.
& necess.

dere. (*Arist. 1. Rhet. cap. 1.*) Verum denique est, quod dicitur: Bis vel semper pueros eos esse, qui quid, antequam sunt nati, acciderit, ignorant: (*Cic. de Orat. perfect.*) & de Græcis dicitur, pueros illos esse quod antiquitatis memoriam non habeant: (*Plato in Timæo.*) & exemplis est opus, ut, quod fuit utile, obseruetur; quod exitu foedum exitit, vitetur. (*Liu. lib. 1. dec. 1.*)

Histor. vii.

1. Memorabile est, quod nobis referunt de Sinenfibus illius oræ Apostoli, Patres Soc. Iesu epistolis, Ann. 1599. ab ijs editis, & Latinè ex Italico redditis à R. P. Franc. Orano. Non existimo, inquit author, vlla in historia contineri, gentem adeò studiosam & litterarum amantem. Cuius hæc præcipua ratio, quod Rex (à quo vt membra à capite dependent omnes) officia & publica munera Prouinciarum iuxta cuiusque eruditionem, & quem in litteris affectus est gradum distribuit. Quare omnes nullo discrimine vel delectu studium in litteris ponunt, vt dignitatis & honoris gradus, ab vitiosa hac & deprauata natura adeò expetitos, consequantur. Vnum dicam, quibusdam fortè incredibile, quod tamen huic oculis vidi, hoc in Regno tot Athenas inueniri, quot sunt Sinæ totius ciuitates & castella, cum in horum vnoquoque Generale studium (Vniuersitatem vocamus) habeatur, in quo docentur & examinantur territorij eius incolæ, nulla scholarum aut iuuentutis huius aut illius permissione, quod sit tam incorrupto iudicio, ac Præsidium Gymnasiorum & examinatorum integritate, vt primùm de descriptione iudicium fiat, & præmia ac gradus pro merito conferantur, post scriptoris & auctoris nomen

figillo auulso referatur, tam paruis impendi-
studiorum sumptibus, vt loco pecuniarie con-
tributionis Gymnasio faciendæ, regijs impendi-
pro merito studentium & gradu præmia deli-
rantur.

2. *Theodosius Imp.* interrogatus, quid Princeps
agere deberet, vt bonus esset, respondit, cum
doctis in itinere sermonem habere. in mensis
disceptantes audire, cum quieti se dat, cum
legendo manere, & ab ijs consilium petere.

3. *M. Aurelius Imp.* remotis paratis, (vt in
bus serijs tempus cõsumeret,) superbis, iracundis,
iracundis, avaris, cupidis, libidini deditis, vici-
cibus, blasphemis, inertibus, infamibus, (vt libere
re alios posset reprehendere,) stultis, contem-
fis, doctorum cõortio vsus est. Id. in fecit
sus Rex Lydorum: quia superbi nec suauiter
in præcipiendo, nec patientes in insis exco-
dis; inuidi assiduas dissensiones fouent; iracundi
magnum subditis ob iræ imperum adferunt
trimentum; avari Principem faciunt exor-
cum ipsi semper respiciant ad munera; libidinosi
dediti Principi facile infamiam irrogant; paratis
vacantes ad consilia recta danda sunt inepti, bla-
sphemi in Deum, etiam Principi occulte des-
hunc.

Vide sig-
num 52.

4. *Georgius Fiscellus* Legum Doctor, à Sigis-
mo Cæsare Equestris militiæ insignia accepit
in cùm Basiliensem Synodum adisset, consulti-
te de rebus arduis Sigismundo, dubius erat, an
gumne Doctoribus, in vnum locum conueniret
(& seorsum consistentibus;) an Equitibus, in
in alium separatis, sese coniungeret. Cumque
dem ad Equites inclinaret: *Stulte agi*, inquit

gism, qui litteris militiam praefers: nam ego mili-
tes mille vna die fecerim; Doctore vnum mille an-
ni non fecerim. AEn. Syl. lib. 4. Comm. in res
gestas Alphons.

5. Ad Posidonium Philosophum audiendum, li-
cet agrotum, & in lectulo iacentem diuertit Pō-
petus Magnus tum Orientis spolijs & victorijs
superbus, intraturusque, fores de more percuti à
licitore vetuit, & fasces licitorias ianua submisit.
(Cic. 2. Tus. Plin. lib. 7. c. 30.) Pempetus, inquam, ad
tertium Triumphum de tertia Orbis parte dece-
dens, Rhodios, propter commercium, quod ipsis
cum optimarum artium studijs fuit, magnificè
honorauit, omnes eorum scholas adiit, omnes
Philosophia Doctores de suis quemque rebus
differentes & benignè & attentè auscultauit, ta-
lentum vnique dari iussit, & Posidonium tum
fortè agrotantem inuisens, vetuit ille à licitori-
bus pullari Musarum fores, cuius armis fuerat
legionibus Romanis Asia ferè tota patefacta; at-
que is, cui se Oriens, Occidensque submiserat,
vnius docti ianua submitti iussit laureatos illos
fasces, quorum nudorum vim non potentissimi
Reges, non tot bellicosissimè nationes potuerant
sustinere.

6. Cum Aristippus ex naufragio in Rhodiorum
litus maris impetu & ventis affilientibus nudus
esset eiectus, atque inibi Mathematicas formu-
las intuitus, gaudio gesties prosiliit, & bene spe-
rare comites iussit, quoniam vestigia hominum
noscitaret: inde oppidum introgressus ad Gym-
nasium rectà contendit, atque ibi Philosophicis
disputationibus admirationem primò, dehinc a-
micitias Optimarum ac munera meruit, quibus
X 5 & si-

& sibi, & socijs victum, vestitum, & profectio
necessaria ministraret. Cumque digressuri quere-
rent, quid nuntiari domi vellet, hoc vnum
sit nuntiarent, eas opes filijs parandas, quae
fragio non perirent. *Vitruu. 6. de Archit.*

7. *Athenienses* duos Philosophos, Diogenem
Carneadem Romam legatos miserunt, licet
ter Remp. antea gessisset. Tantus ea tempore
honus doctis dabatur, vt idonei Reip. ad
strandam haberentur. (*Cic. 1. de Offic.*) Vt autem
terrae, in qua corui luscinijs sunt honorati
hoc est, indocti maiore sunt in pretio, quam
docti.

SIGNVM LIV.

Ebrietatē
vitare, &
vetare.

EBRIETATEM ET STUDIO
sine vitare, & in alijs non ferre.

I. **Q**uia nouimus quot vrbes, quot amplius
regna, quot exercitus robustissimi
tatis excidio sint profligati. Seneca *lib. 12. epist.*
ait: Ebrietas acerrimas gentes bellicosissimas
hostibus tradidit, haec multorum annorum
tinacia bello defensa Inoentia perfecit, &
racusa ob remulentiam in manum Marcelli
onemque Romanorum peruenerunt. *Magna*
ta à Persis (Cyro Rege Persar.) prostrati, &
merfi capiuntur ac caduntur. *Herod. lib. 1.*
deo Turcis à Mahumete vini vsus est incedit
Quid Assyriorum Regem vltimum *Sardan*
lum & vita & regno priuauit? Quid ipsius
Assyriorum Monarchiam destruxit, & ad
tra-